



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Vita mala prælatorum. tit. 295

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

exposuit discipulis, Lucę. 24. Oportuit sic pati Christum, & interpretabatur illis scripturam, Prophetas & Psalmos, &cæt. hoc modo amplius non moritur, nec offertur, Romano. 6.

Secundò, obtulit se in cœna patri spiritualiter, nõ pœnaliter, vt satisfaceret scripturæ, Psalmo. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, & hanc formam sic patri ipsum offerendi instituit & commisit in cœnadiscipulis & sacerdotibus. Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem, & sic Missa nõ est pœnale, non nouum, aut singulare sacrificium, quod mereatur viuis & defunctis remissionem, sed est memoria cruenti & pœnalis Christi sacrificij in cruce. Subinde impletio præcepti Christi, scilicet, vt offeratur patri mysticè, iuxta ordinem Melchisedech, & sic dicitur sacrificium duplici causa, quia memoria sacrificij crucis. Secundò, quia idem corpus & sanguis in substantia immortaliter hic est, sicut in cruce: licet alius sit modus offerendi, & in tali sacrificio, id est, Missa, petimus non meremur remissionem, sed distributionem & participationem petimus sacrificij crucis, vt Deus pater propter vnicum sacrificium Christi dignetur misereri viuis & defunctis. Petitio Missa est, non meritum.

Quartò, ex prædictis liquet, quod Missa nõ est abominatio, sed opus sanctum à Christo institutum & præceptum: subindè, quod non meretur remissionem peccatorum, sed petitio est, vt distribuatur à Deo propter sacrificium crucis. Tertio, quod est spirituale sacrificium, habens secum multas orationes, quas Deo offerimus pro viuis & defunctis, & omni statu, &cætera. & sic SS. Patres vsi sunt Missa, non habent ergo sectæ iustam causam sui recessus, &cæt.

VITA MALA PRÆ-
latorum.



EXTA M causam recessus prætendunt *Causa. 6.*
 sc̄tæ, quoniam Papa impiè viuit, Epi-
 scopi sunt scelerati, superbi homines,
 clerici, pessimi fornicatores abbates,
 Monachi ignari & obstinati homines,
 qui nesciunt Euangelium Christi, idè in illorum Ec-
 clesia sunt impij cultus, idololatria, adoratio panis,
 hominum mortuorum, impurus cælibatus, furtum
 calicis, &cæt. Et Paulus iubet fugere idola, 1. Corint.
 10. Ergo iustè recedimus.

Primò, malam vitam nemo approbat, & ipsimet
 clerici sciunt se malè agere, quòd sic scādalizant ocu-
 los subditorum manibus & pedibus, id est, operatio-
 nibus & actibus malis, vndè & nō carebunt pœnis su-
 is, Matth. 18. Attamen magna est differentia inter of-
 ficiū publicum, quod geritur in Ecclesia, ordinati-
 one & commissione Dei, & inter personam, quæ hoc
 facit officium. Officiū est à Deo, 1. Corinth. 4. Sic
 nos existimet homo &cætera. Sic etiam Magistratus
 minister Dei est, Romanorum. 13. Omnis ergo pote-
 stas est superioritas à Deo constituta, siue sit Papa-
 tus, Episcopatus, Abbatia, illi propter ministerium
 verbi Dei sunt & dispensationem sacramentorum
 Dei. Sic Cæsar, reges, nobiles, duces, gladium por-
 tant loco Dei, Roman. 13. ad tuitionem iustitiæ & ve-
 ritatis, & vindictam malorum 1. Pet. 2. &c. Huiusmo-
 di ergo ordines à Deo sunt, & semper manent incor-
 rupti & impeccabiles in se, sicut etiam sacramenta
 sunt & manent sine coinquinatione pura & munda
 semper, sicut etiam sol cæli semper manet sine coin-
 quinatione, licet transeat per loca immunda, &cæt.
 Ad hoc ergo respicere oportet, quòd officia præsiden-
 tium sunt ordinationes à Deo factæ, & non ab homi-
 ne. Idè propter Deum sunt etiam honorandæ,
 timendæ

timēdæ, & illis propter Deū nos subjicere debemus, sicut docet Petrus 1. Petr. 2. Estote subiecti omni &c.

Secundò, persona hominis, id est, Papæ, Episcopi, Cæsaris, Ducis, &cæt. alia res est, & illa potest esse mala, impia, bona, &cæt. Quando ergò persona peccat, vel malè viuit, hoc non est imputandum officio, quòd propterea officium etiam malum sit, nec hoc propter peccatum hominis aut personæ, licet contemnere & recedere ab obedientia Prælatorum & officij. Christus permansit se iudicari ad mortem per impium hominē Pilatum, propter potestatem ei datam desupèr, Ioann. 19. & 1. Petr. 2. Ob id si Papa peccat, non officium, sed persona & homo peccat. Si rex aut magistratus peccat, non officio sed personæ peccatum imputandum est. Apollos adulterat & peccat, sed hoc non est imputandum matrimonio. Sic non excusat sectas, propter malam vitam Prælatorum recedere ab Ecclesiæ vnitatem, licet grauius peccent prælati, attamen nihil decedit meriti obedienti coram Deo humiliter. Paulus dicit: obedite præpositis etiam dyscolis &c.

Tertiò, sic malam vitam clericorum prætedebant Donatistæ, quòd ideò recessissent à Romana Ecclesia. At Augustinus Epistola 50. quærit ab illis, nunquid non etiam ipsi orent in Dominica oratione, Dimitte nobis Domine debita nostra? si orent, & etiam se fatentur esse peccatores, & indigere Dei misericordiæ: cur fugiunt alios peccatores, & faciunt, sicut ille Pharisæus cum publicano? Si nō sunt peccatores, & adedō sancti esse volunt, videant, quid dicit Ioannes, 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, mendaces sumus. Hoc etiam prætedunt Anabaptistæ, & pessimè errant. Cur non etiam sectæ ponderant superbiam vxorū & filiorum suorū in vestitu? Cur non discordiam in Ecclesijs suis? Hic sunt Zuin-
glistæ, Osiandristæ, Anabaptistæ, &c. Cur non odium
& schis.

& schisma & inobedientiam, qua quotidie sumunt sacramentum? cur non tot spoliationes pauperum, bella, homicidia, quæ omnia ex illorum schismate veniunt? cur non perpendunt, quàm extinxerunt charitatem, concordiam, famosis libellis, chartis, conspirationibus, &c. Vnde iniquitas iam abundat, Matth. 24. & quasi in reprobū sensum dati sunt, Roma. 1? At exierunt à nobis, quia non erant ex nobis, 1. Ioan. 2. Non ergò propter peccatum faciendum est aliquod schisma. Est enim schisma grauius peccatū vllò alio peccato: priuat enim hominem efficacia fidei sacramentorum, Aug. lib. 1. contra Donatistas, ca. 12. probat ex Euāgelio de seruo neouam Matt. 18. schisma esse peccatum grauius idololatria. idq; Augustinus vbi supra cap 8. probat ex punitione idololatriæ vituli, Exod. 32. & hiatu terræ, Chore, Dathan, &c. Num. 16. Non ergo habent iustam causam sui recessus sectæ.

IMPURUS CAELIBATUS

clericorum.

TITVLVS CCXCVI.

Causa 7.



Optimam causam recessus prætendunt sectæ, esse impurum cælibatum clericorum, quod prohibemus coniugium sacerdotibus & religiosis personis, & de mus occasionē varijs libidinibus contra Deum & propriā conscientiā, propter quæ etiam Deus varijs plagis punit mundum, sed quoniam fornicatores odit & damnat Deus, Heb. 13. & nos illos esse spiritus qui prohibent coniugia, 1. Tim. 4. idè ipsi omnibus suis mēbris, qui non in corpore habent defectum, ad coniugium permittunt siue sint sacerdotes, siue Monachi, aut moniales, &c. vt nubunt, non curantes nec vota nec regulas, aut cappas. Deus non præcepit vouere, nec prokibuit vxorem ducere qui

corpo-